

Bela Librariae et de Colle Sella dela Compag' di thi



DE  
SYMBOLIS  
HEROICIS  
LIBRI IX.  
AVCTORE  
SILVESTRO  
PETRASANCTA  
ROMANO  
E. SOC. IESV.

Pet. Paulus Rubens p[re]p[ar]it.

L. de Galle sculp[er]it.

ANTVERP[AE], EX OFFICINA PLANTINIANA BALTHASARIS MORETI. M. DC.XXIV.  
CVM PRIVILEGIIS CÆSAREO ET REGIO.



  
TANTO NOBILIOR QVISQVE,  
QVANTO PROPINQVIOR DEO EST.

A T  
OMNIS IN ILLVM PROPINQVITAS  
DE VICINITATE VIRTVTVM,  
DE VITIORVM FVGA,  
STATVENDA.

Carolus Scribanius è Societate I E S V  
*Philosoph. Christian. cap.5.*



PETRVS ALOYSIVS CARAFA, EPISCOPVS  
TRICARICENSIS, AD TRACTVM RHENI  
ET INFERIORIS GERMANIÆ PROVINCIAS  
CVM POTESTATE LEGATI A LATERE NVNTIVS.

ILLVSTR<sup>MO</sup> AC REV<sup>MO</sup>  
**PETRO ALOYSIO**  
**CARAFÆ**  
**EPISCOPO TRICARICENSI**  
**A C**  
**SEDIS APOSTOLICÆ**  
**LEGATO.**

EROEM quærere , cui dicarem Heroïca hæc Symbola,  
non debui ; dum Te , ILLV-  
STRISSIME ANTISTES ,  
ac LEGATE , iam decen-  
nium intueor , quem Genus & Virtus (nam  
hæc duo Heroës faciunt) prorsus ab vſita-  
tâ conditione hominum eximere videntur.  
Scio CARAFÆ Genti à Scriptore egre-

a 3                   gio




ELOGIVM  
GENTIS CARAFAEAE  
AC STEMMA  
PROCERVM EIVS.



*Etus fama, & à priscis Auis tradita, originem CARAFAEORVM refert in strenuum quemdam Ducem, qui ex prælio victor, ad Cæsarem, quem pugnando seruauerat, suo ac hostium sanguine conspersus venit: meruitque ut idem Cæsar, in ipso familie decora, simul ore, simul manu æternaret, dum ore videlicet laudans eius CARAM FIDEM, cognomentum CARAFE composuit; & manu, seu expertis eius ternis maioribus digitis, cruentum extergens, in thoracis chalybe, tesseram illius gentilitiam delineauit. Quod si ita est, tunc primùm Insignia CARAFAEORVM, nempe albentes lemnisci tres, in puniceo madore, splenduerunt; lineæ profectò, quæ, si tabula & colores considerentur, indicant, non Apellem aliquem, sed Achillem, fuisse inclytæ huius familie conditorem.*

*Sunt qui eiusdem familie Caput credunt fuisse potius Antonius Carraccius in Virgilius in Virgilius Pauli IV.*

xxij ELOGIVM AC STEMMA



I.

DE  
SYMBOLIS  
HEROICIS  
LIBER PRIMVS.  
PRO O E M I V M .



XPOSITVR V S vim & naturam  
rei, in his Regionibus, quoad artem  
& præcepta saltem, non adeò notæ;  
aspectui, antequām menti, obse-  
quens ero: & quia notitia omnis  
per sensum, quasi per ianuam, ape-  
ritur; promam initio HEROICA SYMBOLA nonnul-  
la, vt ea intus ad animum oculi transmittant. Erit  
hoc verò peregrinas merces primū explicare, ac  
imox substituere menti texturam earum operosam;  
deque ijsdem postremò affirmare, nisi exquisitis  
pretijs, licere nemini eas nundinari.

Fortasse orientur quandoque dissidia opinionum:  
nam ita ferent studia partium, in re præsertim He-  
roicâ.

A

## CAPVT. PRIMVM.

*Diuorum Symbola.*

**P**andere mercium harum officinam libet, serulae  
Symbolo; quae non clavē vllā reseratur, sed orbi-  
bus circumductis; donec litterae coēant, & fiat certa  
verbi significatio. Schema est HEROINAE illius Ma-  
gnæ, quam cælesti legatione Nuntius sidereus Ma-  
trem appellauit, & Virginem nihilominus esse per-  
misit. Epigraphe claustræ est, VNI PATET VERBO.  
Non aliter sinus Virginis, ad alias liberos clausus,  
vni patuit VERBO, quando VERBVM CARO *Ioan. 1.*  
**FACTVM EST, ET HABITAVIT IN NOBIS.**

A 2

Nubes

Denique infinitus modus est in nauis, quæ conatur in portum peruadere, cum eâ inscriptione, AVT INGREDI, AVT PERIRE.



Ceterū posse usurpari in lemnate Symboli Heroici, aliquando sola verba, aliquando sola nomina, aliquando sola aduerbia, aliquando verba, nomina, & aduerbia promiscuè, satis constat; & qui exempla desiderat, adeat Operis huius nostri Proœmium.

CAPVT

SUMMA PRIVILEGI  
REGIS CATHOLIC

DE  
Johannes V. Hildesheimensis Johannis Regis  
et Jocundissimae Mariae gratia et misericordia



ANTVERPIÆ,  
EX OFFICINA PLANTINIANA  
BALTHASARIS MORETI.  
M. DC. XXXIV.